



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio trigesimaquinta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

cap. i. quod sicut puer qui non potest reddere debitum non est aptus coniugio, sic impotentes minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

RESPONSIO. Distinguentur est de impotentiā, quia est vna naturalis, alia accidentalis, & qualibet illarū vel est perpetua vel temporalis. Naturalis impotentia est triplex. Vna in viro, scilicet frigiditas, alia in muliere. Cāctatio vel aliud impedimentū naturalis membri, vt habetur de frigidis & malefī, in. x. c. ex literis. Tertia est defectus ætatis in vtroque, vt in pueis. Accidentalē verò impotentia contingit ex duobus, scilicet ex maleficio vel ex sectione seu castratione, quæ locum habet solum in viris, horum autē impedimentorū frigiditas & cāctatio quibus non potest subueniri opere medicorū sunt perpetua impedimenta, vt habetur in præallegato ca. similiter sectio, castratio, & maleficio quod deleri non potest: temporalia verò impedimenta sunt frigiditas & cāctatio, quibus potest subueniri, & maleficio quod potest deleri. His suppositis dicendum est prius quod omnis impotentia naturalis vel accidentalis, si sit perpetua & antecedens matrimonium, impedit ipsum contrahendum, & dirimit contractū, non autē si sit temporalis. Secundū videndū qualiter cognoscatur impedimentum esse perpetuū, & qualiter sit procedendum ad diuortium.

6. RATIO primi est, quia per matrimonium transferitur potestas vnius corporis coniugis in alterū quoad reddendum debitū, vt habetur. i. ad Cor. 7. sed nullus potest transferre in alterum illud quod non habet, ergo qui non habet potestatem reddendi debitum, non potest cum altero contrahere matrimonium, quod est intelligendum quando impotentia præcedit: si enim sequatur matrimonium prius rite contractum, non dirimit ipsum, si etiā impotentia esset temporalis, cui posset medicinæ beneficio subueniri, non dirimeret ipsum.

7. Quantum ad secundā, scilicet qualiter probatur impotentia, sciendum est quod quandoque cognoscitur probatione vera per aspectum corporis, vt in castratione viri, vel cāctatione mulieris: vel probatione præsumpta quando triennio cohabitantes & bona fide actui carnali operam dantes non potuerunt se cognoscere, & tunc aut vterque proclamat ad iudicium, & profertur impedimentum, & in hoc casu propter periculum collusionis vterque iurabit quod bona fide operam dederunt, nec conuenire potuerunt cum septima manu propinquorum eorum statum & perfonas cognoscentium, vt habetur. 33. q. 1. cap. Quod autē interrogasti de his requisitis, aut alter constituitur, & alter negat, & tunc aut vir prouocat ad separationem aut mulier, si vir incumbit ei probatio vxore negante, quia vir actor est, & actore non probante reus est, & si nihil obtinuit obtinebit: si mulier prouocat viro cōtrarium asserente, creditur viro, quia caput est mulieris. 33. q. 1. si quis accepit. nisi mulier respectu corporis velit probare verum mentium: separatione verò facta causa frigiditatis datur vxori licentia contrahendi, frigidus verò sine spe coniugii remaneat: quod si cōtrahat & secundam cognouerit, cogatur redire ad primam, quia constat ecclesiam fuisse deceptam in iudicatio perpetuum impedimentum quod fuit temporale, vt habetur extra de frigidis & maleficiis, cap. laudabilem.

8. Quando verò sit diuortium ratione maleficio datur vtrique licentia contrahendi, vt habetur. 33. q. 1. cap. super fortiaras, in fine. Et causa est, quia frigiditas est impedimentum generale respectu cuiuslibet, propter hoc qui impotens est ratione frigiditatis respectu vnius, impotens est respectu cuiuslibet alterius, sed maleficio est impedimentum particulare respectu vnius, & ideo conceditur quod possit alteri nubere, sed si redierit potentia postea cognoscendi primam reintegrabitur matrimonium, quia constat ecclesiam fuisse deceptam: quādo verò propter cāctationem mulieris separatur matrimonium, mulier debet remanere sine cōiugio, si verò nubat alteri à quo cognoscatur, nunquid integrabitur primū matrimonium? Dicendum est quod sic, si primus vir & secundus sunt similis nature, & cōplexionis quia sicut mulier est cognoscibilis à secundo, sic fuit cognoscibilis à primo, & sic loquitur decretalis titulo præallegato, cap. si æternitatis. si verò sunt cōplexionis notabiliter distātes ratione cuius mulier nunquā fuisset cognoscibilis à primo immediatè per ipsum, licet effi-

ciatur et cognoscibilis per vsum secundi, non debet primam matrimonium reintegrari, quia mulier acta simpliciter inepta est ad cōtrahendum cum illo à quo immediate non potest cognosci: non enim est licitum vt fiat ei cognoscibilis per alterum.

9. Ad primū arguendum quod impotentia perpetua non solum impedit actū, sed & obligationem in qua consistit essentialiter matrimonium, quia nullus potest trāsferre in alterum id quod non habet nec habere potest.

10. Per idem patet ad secundum, quia voluntas contrahendi impedit solum actum, & non obligationem, impotentia verò impedit vtrumque.

Sententia huius distinctionis. XXXV.

in generali & speciali.

Hoc etiam notandum. Superius determinauit Magister de impotentia cōfundi quæ actum matrimonij impedit: hic determinat de separatione thori propter fornicationem quæ similiter actum matrimonij tollit vinculo matrimonij durate. Et diuiditur in duas. Primo ostendit quomodo ad alterum se quis actum matrimonij tollit, vinculo matrimonij durante. Secundo inquit an adulterium præcedens matrimonium, & matrimoniale vinculum tollat secundum ibi, Soler etiam queri. Prima in qua tuor. Primo ostendit quod vterque coniugum potest alterum dimittere propter fornicationem quando ipse est à fornicatione immunis. Secundo ostendit quod hoc non potest fieri quando ipse simili sententia subiact. Tertio ostendit quod neutri coniugum post separationem facta licet alteri nubere propter matrimonij vinculum remanens. Quarto inquit vtrum propter fornicationem dimittere vxorem sit necessitas an liceat eam sibi retinere. Secunda ibi, si verò queritur. Tertia ibi, si quis autem fornicationis, Quarta ibi, dicit tamen Ioan. Chrysostomus.

1. IN Speciali autem sic procedit Magister, & proponit primo quod sicut licet viro causa fornicationis vxorem dimittere, ita eadem causa licet vxori virum dimittere, quod auctoritatibus probat. Postea dicit quod illud dictum sic intelligitur, quod ille qui dimitrit simili crimini non subiacet, adultera autem adulterū dimittere non potest causa fornicationis, quod auctoritatibus probat. Postea dicit quod si causa fornicationis fuerit facta separatio, non potest mulier ad aliam copulam conjugalem transire, potest autem reconciliari & cohabitare sicut prius, si vir dimissam reuocare voluerit, quod auctoritatibus probat. Postea inducit plures auctoritates quæ dicunt quod si vir sciat vxorem suam deliquisse, & non agat mulier pœnitentiam, sed in fornicatione permaneat, & hoc patiat vir cum ipsa manens & cohabitans, reus est & particeps huius peccati, & ideo eam retinere non debet. Si verò mulier à peccato recesserit, & per pœnitentiam illud purgauerit, poterit viro reconciliari, & vir etiam videtur talem recipere debere, sed non sepe. Vltimo dicit quod non potest aliquis in coniugium copulare quam prius per adulterium polluit, quod auctoritatibus probat. Obicit tamen contra hoc auctoritates Augustini, & soluit dans illarum auctoritatum sanam intelligentiam.

QUESTIO PRIMA.

Vtrum liceat vxorem dimittere causa fornicationis.

Circa distinctionem istam primo queritur vtrum liceat vxorem dimittere causa fornicationis. Videtur quod non, quia magis principale est in matrimonio bonum prolis quam bonū fidei, sed propter defectum prolis, scilicet propter sterilitatem, non potest vxor dimitti, ergo nec propter defectum fidei, scilicet propter fornicationem.

2. Item maius peccatū est quando vterque fornicatur, & quando alter tantum, sed secundum iura in primo non debet fieri separatio, ergo nec in secundo.

3. IN Contrarium est quod dicitur Mat. 19. quod non licet viro dimittere vxorem excepta causa fornicationis, ergo propter fornicationem licet.

4. RESPONSIO. Videnda sunt tria. Primum est an propter fornicationem licitum sit vxorem dimittere. Secunda

Secundum est, vtrum possit dimitri absq; iudicio ecclesie
Tertium est, vtrum sit necessarium eam dimittere.

5 Quantum ad primum dicendum q; licitum est viro
innocenti vxorem fornicantē dimittere. Cuius ratio est,
quia peccans contra fœdus matrimonii iuste debet priuari
iure quod habet ratione matrimonii, sed coniunx for-
nicans peccat contra ius matrimonii quo coniuges sibi te-
nentur ad fidem seruandam, ergo merito debet priuari
iure quod habet in alio ratione matrimonii: illud autem
est exactio debiti ex parte eius, & redditio debiti ex par-
te alterius, & cohabitatio eorum simul, ergo propter for-
nicationem debet istis priuari, quod fit per diuortium in-
ter vxorem & virum, & ideo ex naturali equitate in odiū
adulteri fidem non seruatis, & in fauorē innocentis fidē
seruatis introducitur est diuortium, propter quod in casu
bus vbi nō est culpa vxoris adulterantis, vel adiungitur
culpa viri non licet vxorem dimittere.

6 Et hi casus sunt septē. Primus est quando vir de for-
nicatione cōuincitur sicut & mulier. vt. 22. q. 1. per totū, &
extra de diuortii cap. significasti. tunc enim mutua crimi-
na pari cōpensatione delentur. Secundus est quādo vir
vxorē profuituit, extra de eo qui cognouit contaginē
vxoris suae. cap. discretione. Tertius est cum mulier. cre-
dens probabiliter virum mortuū nubit alteri, & viro re-
deunte statim ab altero recedit. vt. 24. q. 1. & 2. quae simul
terminatur cap. cum propter bellicam. Quartus est cū mu-
lier ab alio cognoscitur sub specie viri sui, quia credit esse
esse virū suum, trigesimaquarta. q. 2. in lectu. Quintus
est quando ab aliquo violenter opprimitur, quod intelli-
gendum est de vi absoluta nō propter merum. 22. q. quinta
proposito. Sextus est quando vir reconciliat sibi vxorem
post adulterium vel publicē adulterantem retinuit, vt tri-
gesima secunda quae sit. pri. cap. 2. & 3. Septimus est quan-
do aliqui contrahunt in infidelitate & vir dat vxori libel-
lum repudiū quae post repudiū contrahit cum altero, si
post vterque cōuertitur ad fidem cogitur vir recipere vxorē,
nec potest ei obicere dimen fornicationis, vt habe-
tur extra de diuortii. ca. Gaudemus. In hoc autem vir &
mulier ad paria iudicantur, licet non ex pari causa: quia
sicut licet viro vxorem dimittere ob fornicationem, ita
licet vxori dimittere virum, plus tamen peccat cōtra ius
matrimonii mulier fornicans quā vir, nam mulier pec-
cat contra bonū fidei & cōtra bonum prolis propter in-
certitudinem fœtus. Vir autem solum peccat cōtra bonū
fidei, vtraq; tamen causa sufficit ad celebrandū diuortii-
noie autē fornicationis intelligitur hic nō solum culpa
secundum vtrum naturalem, sed etiam contra naturam vt
Sodomia, sed nō nominatur propter turpitudinē crimi-
nis: spiritualis etiam fornicatio in qua quis persistit & nō
pœnitet sufficit ad diuortii, vt habetur extra de conuer-
sione coniug. cap. vii. & sic patet primum.

7 Quantum ad secundum vtrum vir possit dimittere
vxorem fornicantem absq; iudicio ecclesie: sciendum est
q; vxor fornicans potest dimitti dupliciter, aut quoad tho-
rum solum, aut quoad thorum & cohabitationē: primo
modo vir vxorem de cuius fornicatione constat sibi po-
test autoritate sua dimittere & ei debitū negare quousq;
compellatur autoritate ecclesie, & si ante voluntariē red-
dat debitum, incurrit notam irregularitatis, & generat
sibi praeiudiciū accusationis: si autem cōpulsus reddat,
incurrit quidem notam irregularitatis ad quā sufficit fa-
ctum, sed non generat sibi praeiudiciū accusationis. Se-
cundo modo. i. ad thorum & cohabitationem non debet
dimitti vxor fornicans nisi iudicio ecclesie, quia nullus
debet esse iudex in sua causa, & publica pœna, sicut est ta-
lis separatio, ergo debet insigi per publicum iudiciū.
Et si dimissa fuerit, debet vir cogi ad recipiendū eam nisi
incontinenti probet fornicationē: & quia talis dimissio
vocatur diuortii, idcirco diuortium nō debet fieri absq;
iudicio ecclesie. & sic patet secundum.

8 Quantum ad tertium sciendum est q; fornicatio cō-
iugis aut est occulta quae probari nō potest, & propter ta-
lem nō est necessarium imō nec licitum dimittere coniugem
quārum ad cohabitationem, licet possit dimitti quo-
ad thorum, vel alia pœna puniri ad correctionem: aut est
manifesta quae probari potest, & tunc aut est secuta corre-
ctio in re aut in spe, aut perseverat in malitia. In primo

casu nō est necessariū vxorē dimittere, quia separatio ad
correctionē introducta est, pœna verō corrigens nō est de
necessitate requisita vbi correctio praecessit vel in breui
probabiliter speratur. In secūdo casu necessarium est vxorē
dimittere, ne vir qui in hoc casu tenetur vxorem cor-
ripere, dissimulādo videatur fouere crimen vxoris. Et sic
intelligendae sunt auctoritates quae ponuntur in litera, quae
habentur cū multis aliis. 22. q. in pluribus capitulis, quod
intelligo nisi alio modo eum cohibere possit detinendo
eam in carcere clausam, vel alio modo licito, tunc enim
nō tenetur eam dimittere, quia per consequens teneretur
cōtinere, ad quod tamē nullus tenetur nisi ex causa mul-
tum euidenti compellatur. Quidam etiam dicunt quod
quanuis non speretur de correctione vxoris vir potest eā
secretē ad thorū recipere, sed nō publicē cohabitare propter
scandalum, quod nō videtur omnino irrationabiliter
dictum. De muliere autem vtrum teneatur virum publi-
cē fornicantem & nō corrigentem se dimittere, durum est
dicere q; teneatur propter imbecillitatē sexus muliebris,
& quia non habet parem auctoritatem ad correctionem
viri maxime quoad cohabitationem in qua vir est caput
mulieris, & quia hoc esset quā leuiter condemnare mul-
tas mulieres.

9 Ad primum arg. dicendum quod quanuis matrimo-
nium principaliter ordinetur ad bonum prolis, tamē for-
nicatio est magis cōtra iura matrimonii q̄ sterilitas, quia
per fornicationem fit iniuria coniugi, non autem per steri-
litate. Item sterilitas non est culpabilis, cum in sit a na-
tura, fornicatio autem non est culpabilis & prauidicia-
lia alteri.

10 Ad secundum arg. dicendum est q; quanuis maior
culpa sit fornicatio duorum q̄ vnus, tamen vnus nō ha-
bet actionem contra alterū, quia paria crimina pari cō-
pensatione delentur: vbi autem alter est innocens habet
actionem contra fornicantem, propter quod potest agere
de se ad separationem, &c.

QVÆSTIO SECVNDÆ.

Vtrum dimittens vxorē ob fornicationem
possit alteri nubere.

Secundo quaeritur vtrum dimittens vxorem ob forni-
cationem possit alteri nubere. Videtur quod sic: quia
non tenetur coniunx coniugi per vinculum matrimonii
nisi ad reddendum debitum, & ad cohabitationem, sed
per diuortium absolutur coniunx innocens a fornican-
te quoad vtrūq; ergo absoluitur a tota obligatione ma-
trimonii, & sic potest alteri nubere.

2 Item Mat. 19. dicit Dominus: quicūq; dimiserit vxorē
suam nisi ob fornicationē & altam duxerit macha-
tur, ergo saltem propter fornicationem licet vxorem di-
mittere & alteri nubere.

3 IN CONTRARIVM est quod dicit Apost. 1.
Cor. 7. His qui matrimonio iuncti sunt praecipio, nō ego,
sed Dominus, vxorem a viro non discedere, q; si disces-
sit manere in nuptiis, aut viro suo reconciliari. Idem in-
telligitur de viro respectu vxoris secundum beatum Au-
gustinum.

4 RESPONSIO. Videnda sunt duo. Primum est
an vir dimittens vxorem suam ob fornicationem possit
alteri nubere. Secundo supposito quod non, vtrum possit
vir vxorem dimissam reconciliare.

5 Quantum ad primum dicendum est simpliciter q;
vir dimittens vxorem suam propter fornicationem non
potest alteri nubere, nec vxor dimittens virum propter
eādem causam. Cuius ratio duplex est. Prima, quia in no-
ua lege non licet vni viro plures vxores habere, sed istud
sequeretur si viro dimittenti vxorem liceret alteram duce-
re, ergo &c. Probatio minoris, vinculum matrimonii nō
tolitur per sententiam diuortii. Dicit enim Aug. inter vi-
uentes manet coniugale vinculum, quod nec separatio,
nec cum alio iunctio potest auferre, vt habetur. 22. q. 7. c.
vlt. adeo, & cap. 1. interueniente diuortio. separatio enim
matrimonii quantum ad vinculum non potest esse nisi
per praecedens impedimentum, quod reddit sequens ma-
trimoniu